

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo L

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

dicatur pontifex anni illius, cum dñs unum constituerit summum sacerdotem, cum mortuo unus succederet; sed intelligendum est per ambitiones & contentiones inter iudaeos postea constitutum ut plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent; Nam & de zacharia hoc dicitur, factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante dñm, secundum consuetudinem sacerdoti sorte exiit ut incensum poneret & ingressus in templum dñi; hinc apparet plures eos fuisse, & vicibus suas habuisse; Nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti; & forte & iam unum annum plures administrabant, quibus alio anno alii succedebant, ex quibus sorte exiebat quis, ut incensum poneret; quid est ergo quod propheta ait caiphaz, quia ih̄s mortuus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dñi quierant dispersi congregaret in unum; hoc euangelista addidit; Nam caiphaz de sola iudaeorum gente prophetauit, in qua erant oves de quibus ait ipse dñs, non summissus nisi ad oves quae perierunt domus israel; sed nouerat euangelista esse alias oves quae non erant de hoc ovili, quas oportebat adduci, ut esset unum ovile, & unus pastor; haec autem secundum praedestinationem dicta sunt; Nam neq. oves eius, nec filii dñi adhuc erant qui nondum crediderant; Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum; ih̄s ergo iam non palam ambulabat apud iudaeos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quae dicitur ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis; Non quia potentia eius defecerat, in qua utiq. si uellet & palam iudaeis conuersaretur & nihil ei facerent, sed in hominis infirmitate uiuendi exemplum discipulis demonstrabat, in quo appareret & non esse peccatum si fideles eius qui sunt membra eius, oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius deuitarent, quam se offerendo magis accenderent; **EXPLICIT SERMO XLVIII INCIPIT AB EO QUOD DICTUM EST · PROXIMUM AUTEM ERAT PASCHA IUDAEORUM USQ. AD IO QUOD AIT · MULTIPROPTER ILLUM ABIBANT EX IUDAEIS ET CREDEBANT IN EUM ·**

hodierna seq̄.  
de q̄ locuti sum̄

**H**esternam lectionem sc̄i euangelii de qua loquuti sumus quod dñs dedit, quod dñs dabit; quaedam in scripturis tam manifesta sunt, ut potius auditorem, quam expositorem desiderent; in eis nos immorari non oportet, ut necessarius in quibus immorandum est tempus sufficiat; Proximum ergo erat pascha iudaeorum; illum diem festum iudaei cruentam habere dñi sanguine uoluerunt; illo die festo occisus est agnus, qui nobis eundem diem festum suo sanguine consecrauit; Et consilium quod erat inter iudaeos de occidendo ih̄u; ille quidem caelo uenerat patri, propter

uoluit loco passionis, quia imminebat hora passionis; Ascenderunt ergo multi hierosolymam de regione ante pascha, ut scificarent seipso; hoc faciebant iudaei secundum praeceptum dñi per sc̄m moysen in lege mandatum, ut die festo quod pascha erat, omnes undiq, conuenirent, & illius diei celebratione sanctificarentur; Sed illa celebratio umbra erat futuri; quid est umbra futuri, proph̄ia xp̄i uenturi, proph̄ia pro nobis illo die passuri, ut transiret umbra & lux ueniret, ut transiret significatio, & ueritas teneretur; habebant ergo iudaei pascha in umbra, nos in luce; Quid enim opus erat, ut dñs eis praeciperet per ipsum diem festum ouem occidere, nisi quia ille erat de quo proph̄atum est, Sicut ouis ad immolandum ductus est, sanguine occisi pecoris iudaeorum postes signati sunt, sanguine xp̄i frontes nostrae signantur, & illa signaculo quia erat significatio, dicta est ab omnibus signatis exterminatorem prohibe, Sic signum xp̄i a nobis repellit exterminatorem, sic cor nostrum recipiat saluatorem; Quare hoc dixi, quia multi postes habent signatos, & intus non manent habitator, facile habent in fronte signum xp̄i, & corde non recipiunt uerbum xp̄i; Ideo dixi fr̄s, quod repellit, signum xp̄i a nobis repellit exterminatorem, sic cor nostrum habet xp̄m habitatorem; haec dixi, ne quis forte cogitare, quid sibi uellent illa festa iudaeorum; uenit ergo dñs tamquam ad uictimam, ut uerum pascha nos habesemus, cum eius passionem tamquam ouis immolationem celebraremus; quaerebant ergo ihm̄, sed male, beati enim qui quaerunt ihm̄, sed bene, Illi quaerebant ihm̄, ut nec ipsi eum haberent, nec nos, sed ab ipsis abscedente suscepimus nos; reprehenduntur qui quaerunt, laudantur qui quaerunt, animus enim quaerentis aut laudem inuenit, aut damnationem; habes enim & in ps̄almis, Confundantur & reuerentur qui quaerunt animam meam; isti sunt qui male quaerebant; alio autem loco dicit, perit fuga a me, & non est qui requirat animam meam; Culpantur qui quaerebant, culpantur qui non quaerebant; Ergo quaeramus xp̄m ut habeamus, quaeramus ut teneamus, sed non ut occidamus; Nam & illi ideo quaerebant ut tenerent, sed ut cito non haberent; Quaerebant ergo, & loquebantur inter se, quid putatis, quia non ueniet ad diem festum, Dederant autem pontifices & pharisaei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet ut adprehendant eum; nos indicemus modo iudaeis ubi sit xp̄s, utinam uelint audire, & adprehendere, qui cumq, sunt ex semine illorum qui dederant mandatum ut indicaretur eis ubi esset xp̄s, ueniant ad ecclesiam, audiant ubi sit xp̄s, adprehendant eum, a nobis audiant, ex euangelio audiant, Occisus est a parentibus eorum, sepultus est, resurrexit, a discipulis agnitus, ante oculos eorum

Ascendit in caelum. ibi sedet ad dexteram patris. qui iudicatus est uenturus  
 est iudex; audiant & teneant; Respondent; quem tenebo absentem.  
 quomodo manum in caelum mittam. ut ibi sedentem teneam. fidem mit-  
 te. & tenuisti; parentes tui tenuerunt carne. tu tene corde. quoniam christus  
 absens. & iam praesens est; nisi praesens esset. a nobis ipsis teneri non pos-  
 sit. sed quoniam uerum est quod ait. Ecce ego uobiscum sum usque in consumma-  
 tionem saeculi. & abit. & hic est. & redit & nos non deserit; Corpus enim  
 suum intulit caelo. maiestatem non abstulit mundo; Ihs ergo ante sex dies  
 paschae uenit bethaniam. ubi fuerat lazarus mortuus. quem suscitauit ihesus;  
 fecerunt autem ei cenam ibi. & martha ministrabat. lazarus uero unus erat  
 ex discumbentibus; ne putarent homines phantasma esse factum. quia mor-  
 tuus resurrexit. unus erat ex recumbentibus. uiuebat. loquebatur. <sup>epulabatur.</sup> ueri-  
 tas ostendebatur. infidelitas iudaeorum confundebatur; Discumbebat ergo  
 dominus cum lazaro. & ceteris. ministrabat martha una ex sororibus lazari. ma-  
 ria uero altera soror lazari. accepit libram unguenti nardi pistici preciosi  
 & unxit pedes ihesu. & extersit capillis suis pedes eius. & domus implata est ex  
 odore unguenti; factum audiuimus. mysterium requiramus; quaecumque  
 anima fidelis uis esse. cum maria ungue domini pedes preciosi unguento; Ungu-  
 entum illud iustitia fuit. ideo libra fuit; Erat autem unguentum nardi pisti-  
 ci preciosi; quod ait pistici. locum aliquem credere debemus. unde hoc erat  
 unguentum preciosum; nec tamen hoc uacat. & sacramento optime conso-  
 nat; pistis grece fides dicitur; quaerebas operari iustitiam. iustus ex fide  
 uiuit; ungue pedes ihesu. bene uiuendo dominica sectae uestigia; Capillis  
 terge. si habes superflua da pauperibus. & domini pedes tersisti. Capillis enim  
 superflua corporis uidentur; habes quod agas. De superfluis tuis. tibi sup-  
 flua sunt. sed domini pedibus necessaria; forte in terra domini pedes indigent.  
 De quibus enim nisi de membris suis in fine dicitur us est. cum uni ex mi-  
 nimis meis fecistis. mihi fecistis. Superflua uestra inpendistis. sed pe-  
 dibus meis obsecuti estis; Domus autem implata est odore. mundus im-  
 platus est fama bona. nam odor bonus. fama bona est; qui male uiuunt  
 & christiani uocantur. iniuriam christo faciunt. De qualibus dictum est. quod  
 per eos nomen dei blasphematur; si per tales nomen dei blasphematur.  
 per bonos nomen dei laudatur; Audi apostolum. Christus bonus odor sumus  
 inquit in omni loco; Dicitur & in canticis canticorum. unguentum effu-  
 sum est nomen tuum; Ad apostolum reuoca intentionem; Christus inquit  
 bonus odor sumus in omni loco. & in his qui salui sunt & in his qui pereunt.  
 Alius sumus odor uitae in uitam. alius odor mortis in mortem; & ad haec

quis idoneus. occasionem nobis praebet praesens lectio sci euangelii. de  
 odore isto ita loqui. ut & a nobis sufficienter dicatur. & a uobis diligenter au  
 diatur. Apосто lo ipso ita dicente. & ad haec quis idoneus. ergo ut inde nos  
 conemus loqui. numquid idonei sumus. aut uos idonei estis haec audire.  
 Nos quidem idonei non sumus. sed idoneus est ille qui per nos dignetur di  
 cere. quod uobis profit audire. Ecce apostolus bonus odor est sicut dicit ipse.  
 sed ipse bonus odor. aliis est odor uitae in uitam. aliis odor mortis in morte.  
 Tamen bonus odor. numquid enim aliis sumus. bonus odor in uitam. aliis ma  
 lus odor ad mortem. bonum odorem se dixit non malum. & eundem bonum  
 odorem aliis dixit ad uitam. aliis ad mortem. felices qui bono odore uiuunt.  
 quid autem infelicius illis. qui bono odore moriuntur. & quis est aut aliquis.  
 quem bonus odor occidit. hoc est quod ait apostolus. & ad haec quis idoneus.  
 quomodo ea facit de miris modis. ut bono odore & boni uiuant. & mali morian  
 tur. quomodo sit. quantum dñs inspirare dignatur. Nam fortassis ibi la  
 teat altior intellectus. quia me non potest penetrare. tamen quousq. pene  
 trare potui. uobis non debet denegari. Paulum apostolum bene agentem.  
 bene uiuentem. iustitiam uerbo praedicantem. opere demonstrantem.  
 doctorem mirabilem. fidelem dispensatorem. fama usq. quaq. disseminabat.  
 quia quidam diligebant (quidam inuidebant. Nam ipse quodam loco ait de  
 quibusdam. quod non caste sed per inuidiam xpm adnuntiarent. existiman  
 tes inquit tribulationem suscitari uinculis meis. sed quid ait. siue occasio  
 ne siue ueritate xpi adnuntiatur. adnuntiant qui me amant. adnuntiant  
 qui mihi inuident. Illi bono odore uiuunt. & illi bono odore moriuntur.  
 Tamen utrisq. praedicantibus nomen xpi adnuntiatur. odore optimo mun  
 dus impletur. amasti bene agentem. uixisti bono odore. inuidisti bene  
 agenti. mortuus es bono odore. Numquid quia mori uoluisti. ideo odorem  
 illum malum esse fecisti. Noli inuidere. & non te occidat bonus odor. Deniq.  
 audi & hic ex unguento isto quomodo aliis erat odor bonus in uitam. aliis  
 odor bonus in mortem. Postea quam hoc fecit religiosa maria ad dñi ob  
 sequium. continuo unus ex discipulis eius iudas scariothes. qui eum erat tradi  
 turus dixit. Quare hoc unguentum non uenit. & centis denariis. & datum  
 est egenis. Uae tibi miser. bonus odor te occidit. quare enim hoc dixit.  
 euangelista sci aperuit. putarem us autem & nos si mens ipsius nobis per  
 euangelium non proderetur. pauperum cura hoc illum dicere potuisse.  
 non ita est. sed quid. audite stem ueracem. Dixit autem hoc. non quia de  
 egenis pertinebat ad illum. sed quia fur erat & loculos habens. & ea quae  
 mittebantur portabat. Portabit. an exportabit. sed ministerio portabat.

furto exportabat; Ecce audite, quia iudas iste nontunc peruersus factus  
 est, quando corruptus a iudaeis dñm tradidit; pleriq. enim incuriosi euange-  
 lii, existimant tunc perisse iudam, quando accepit a iudaeis pecuniam ut dñm  
 traderet; nontunc perit, iam fur erat, dñm perditus sequebatur, quia non corde  
 sed corpore sequebatur; Duo denarium apostolorum numerum implebat, ap-  
 tolicam beatitudinem non habebat, ad imaginem fuerat duodecimus, quo dece-  
 dente & alio succedente, & suppl&a est apostolica uertus, & numeri permansit  
 integritas; Quid ergo uoluit dñs noster ih̄s xp̄s fr̄s mei admonere ecclesiam suā,  
 quando unum perditum inter duodecim habere uoluit, nisi ut malos tolerem̄,  
 ne corpus xp̄i diuidamus, ecce inter sc̄os est iudas, ecce fur est iudas, & ne con-  
 temnas, fur & sacrilegus, non qualiscumq. fur, fur loculorum, sed dominicorū,  
 loculorum, sed sacrorum; Si criminā discernuntur in foro qualiscumq. fur  
 & peculatus, peculatus enim dicitur fur tum de re publica, & non sic iudicatur  
 fur tum rei priuatae, quomodo publicae; Quanto uehementius iudicandus est  
 sacrilegus fur, qui ausus fuit non unde cumq. tollere, de ecclesia tollere, qui  
 aliquid de ecclesia furatur, iudae perditio comparatur; Talis erat iste iudas, &  
 tamen cum sc̄is discipulis undecim intrabat, exiebat, ad ipsam cenam domini  
 cam pariter accessit; Conuersari cum eis potuit, inquinare eos non potuit;  
 De uno pane & p̄rus accepit & iudas, & tamen quae pars fidei cum infidele;  
 p̄rus enim accepit ad uitam, iudas ad mortem; Quomodo enim ille odor  
 bonus, sic ille cibus bonus; Sicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos ui-  
 uificat, malos mortificat; Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi  
 manducat & bibit, iudicium sibi, non tibi; Si iudicium sibi non tibi, tolera  
 malum bonus, ut uenias ad praemia bonorum, ne mittaris in poenam malorū;  
 Exemplum dñi accipite conuersantis in terra; quare habuit loculos, cui an-  
 geli ministrauerunt, nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat,  
 quare furem admisit, nisi ut eius ecclesia fures patienter toleret, sed ille  
 qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecu-  
 nia ipsum dñm uendere; Videamus quid ad ista dñs respondeat, Uide &  
 fr̄s, non illi ait, propter furta tua dicit ista, furem nouerat, nec prodebat,  
 sed potius tolerabat, & ad perferendos malos in ecclesia nobis exemplum  
 patientiae demonstrabat, Dixit ergo ei ih̄s, sine illam, ut indie sepulture  
 meae serua illud; mortuum se denuntiavit, sed quid est quod sequit̄;  
 Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebi-  
 tis, Intelligimus quidem, pauperes semper habebitis, quod dixit, uerū  
 est; quando ecclesia sine pauperibus, me non semper habebitis, quid  
 sibi uult, quomodo intelligendum est, me autem non semper habebitis.

Noli expuere, iudae dictum est; Quare ergo non dixit habes, sed habe-  
 bitis, quia non unus est iudas, unus malus corpus malorum significat; quo  
 modo pater corpus bonorum, corpus ecclesiae. Immo corpus ecclesiae, sed  
 in bonis; Nam si in patre non esset ecclesiae sacramentum, non ei diceret & dominus  
 tibi trado claves regni caelorum; quaecumque solueris in terra soluta erunt  
 & in caelo, & quae ligaueris in terra, ligata erunt & in caelo; Si hoc patre tantum  
 dictum est, non hoc facit ecclesia; si autem & in ecclesia fit, ut quae in terra ligan-  
 tur, ligentur in caelo, & quae soluantur in terra, soluantur in caelo; Quia cum  
 excommunicatur ecclesia, in caelo ligatur. Excommunicatus, cum reconcilia-  
 tur ab ecclesia, in caelo soluitur reconciliatus; Si hoc ergo in ecclesia fit, pater  
 quando claves accepit, ecclesiam sanctam significauit; Si in patre persona sig-  
 nificati sunt in ecclesia boni, in iudae persona significati sunt in ecclesia mali;  
 ipsis dictum est, me autem non semper habebitis; quid est non semper? & quod  
 est semper, si bonus es, si ad corpus pertinet quod significat pater, habes christum  
 & in praesenti & in futuro; In praesenti per fidem, in praesenti per signum, in pre-  
 senti per baptismatis sacramentum, in praesenti per altaris cibum & potum,  
 habes christum in praesenti, sed habebis semper, quia cum hinc exieris, ad illum  
 uenies, quid dixit latroni, hodie mecum eris in paradiso; Si autem male <sup>con-</sup>uersus  
 uideris habere in praesenti christum, quia in tras ecclesiam, signas te signo christi,  
 baptizaris baptismo christi, misces te membris christi, accedis ad altare christi, in praesenti  
 habes christum, sed male uiuendo non semper habebis; potest & sic intelligi  
 pauperes semper habetis uobiscum, me autem non semper habebitis; Accipiant  
 hoc & boni, sed non sint solliciti; Loquebatur enim de praesentia corporis sui;  
 Nam secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam, secundum inef-  
 fabilem & inuisibilem gratiam implatur quod ab eo dictum est; Ecce ego uobis  
 cum sum usque in consummationem saeculi; secundum carnem uero quam  
 uerbum adsumpsit, secundum id quod de uirgine natus est, secundum id quod  
 iudaeis premissus est, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod limen  
 in uolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, si  
 semper habebitis uobiscum; Quare quoniam conuersatus est secundum corporis  
 praesentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus, uidendo  
 non sequendo ascendit in caelum, & non est hic, ibi est enim; Sed & ad dex-  
 teram patris, & hic est; Non enim recessit praesentia maiestatis; Alter secun-  
 dum praesentiam maiestatis semper habemus christum; secundum praesentiam enim  
 carnis recte dictum est discipulis, me autem non semper habebitis; habuit  
 enim illum ecclesia secundum praesentiam carnis paucis diebus, modo fide-  
 tenet, non oculis uidet; Ergo siue ita dictum est, me autem non semper habe-  
 bitis.

quæstio sicut arbitror iam nulla est. quæ duobus modis soluta est, cætera  
 quæ pauca remanent. Audiamus; Cognouit ergo turba multa ex iudæis  
 quia illic est, & uenerunt non propter ih̄m tantum, sed ut lazarus uiderent  
 quem suscitauit ih̄s a mortuis; Curiositas eos adduxit, non caritas. Uenerunt  
 & uiderunt; Audite mirabile consilium uanitatis; uiso lazaro resuscitato, quia  
 tantum miraculum dñi tanta erat euidentia diffamatum, tanta manifesta  
 tione declaratum ut non possent uel occultare quod factum est, uel negare  
 quod inuenerunt, uide & e. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, ut  
 & lazarus interficerent, quia multi propter illum abibant ex iudæis, &  
 credebant in ih̄m; O stulta cogitatio, & caeca seuita; Dñs x̄ps qui suscitare  
 potuit mortuum, non possit occisum? Quando lazaro inferebatis necem,  
 numquid auferebatis dño potestatem? Si aliud uobis uidetur mortuus, aliud  
 occisus, ecce utrumq; dñs fecit, & lazarus mortuum, & seipsum suscitauit  
 occisum; **EXPLICIT OMELIA. INCIPIT LIBEO QUOD DICTUM**  
**EST IN CRASTINUM AUTEM TURBA MULTA QUÆ UENE**  
**RATA AD DIEM FESTUM. USQ; AD ID QUOD AIT. SI QUIS**  
**MIMI MINISTRAUERIT HONORIFICABIT EUM PTER**

**P**ostea quam dñs quatruiduanum mortuum suscitauit **MEUS**,  
 stupentibus iudæis & aliis eorum uidendo credentibus, aliis inuidendo  
 pereuntibus propter odorem bonum qui est aliis ad uitam, aliis ad  
 mortem. postea quam discubuit in domo cum recumbente lazaro  
 qui fuerat mortuus suscitatus, post unguentum diffusum super pedes eius  
 unde domus odore complæta est. postea quam uanam seuitiam & stultis  
 simum & dementissimum scelus iudæi & iam de occidendo lazaro corde  
 perditio conceperunt. De quibus omnibus ut potuimus quod dñs dedit supe  
 rioribus sermonibus loquuti sumus. Nunc intendat caritas uestra ante  
 dñi passionem quantum fructus apparuerit prædicationis eius, & quantum  
 grex ouium ex his quæ perierant domus israhel, uocem pastoris audierit;  
 sic enim loquitur euangelium, quod modo cum recitatur audistis, In crasti  
 num autem turba multa quæ uenerat ad diem festum, cum audissent quia  
 uenit ih̄s hierosolimam. Acciperunt ramos palmarum & processerunt ob  
 uiam ei & clamabant. Osanna benedictus qui uenit in nomine dñi, rex israhel.  
 Rami palmarum laudes sunt significantes uictoriam, quæ erat dñs morte  
 moriendo superaturus, & tropheo crucis diabolum mortis principem tri  
 umphaturus. Uox autem obsecrans est osanna, sicut nonnulli dicunt qui  
 hebream linguam nouerunt, magis affectum indicans quam rem aliquam sig  
 nificans, sicut sunt in lingua latina quas inter iectiones uocant, uelut cum